



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Apotheca Spiritvalivm Pharmacorvm Contra Lvem  
Contagiosam Aliosqve Morbos**

**Wichmans, Augustin**

**Antverpiae, 1626**

Kalendis Octob.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9653**

## D I A R I V M

62  
tyr, si iam vicitus, odio religionis occidatur, & ille ob eam causam,  
mortem acceptet.

## O C T O B E R.

K alendis Octob.

Octob.

Vide cap.  
21. Apot.  
Spir. tol.  
124.

Rhemis in Gallia S. Remigij Episcopi & Confes-  
soris, qui gentem Francorum conuertit ad Chri-  
stum, Clodouæo ipsorum rege sacro fonte ba-  
ptismatis, & fidei sacramentis initiato; & cùm  
annos septuaginta in Episcopatu explesset, san-  
ctitate & miraculorum virtute conspicuus de-  
cessit è vita Idibus Ianuarij: cuius tamen fe-  
stiuitas hac die recolitur, qua sacrum ipsius cor-  
pus posteà fuit translatum.

**D**uplici titulo hic sanctus ad Belgium pertinet: uno, quod Clodouæum Geldrum adeoque Belgam baptizauerit: altero, quod rem Christianam apud Belgas ac Germanos in-  
feriores restituerit, ac mirificè propagauerit. Dedit Atreba-  
tibus & Cameracensibus *Vedastum*, Tungrenibus *Agricolaum*, Tor-  
nacensibus *Theodorum*, Morinenibus *Antimundum* & Coloniensibus  
*Aquilinum*. Fuit enim Atrebatus Ecclesia vnâ cù Camerensi, Tor-  
naci & Morinensi, multis téporibus Rhemensiū Archipræsuli ceu  
Metropolitano subiecta: quæ subiectio adhuc anno 1095. durabat,  
quādo opera Raynoldi Rhemensiū Archiepiscopi, Atrebatus Ecclesie à Camerensi separata, proprium accepit Episcopū *Lambertū*,  
Cantorē *Insulanum* & Teruanensem Archidiaconum. Rhensem  
porro ciuitatem, vt antiquissimam Richardus Vitus libro primo  
hist. Britan. scribit à Rhemo, Nannetis Celarum & Britanniae re-  
gis filio, anno ab orbe condito 2754. tempore Ragau, Phaleg's filii  
adficatam, & nomen fortitam fuisse: cuius primus Episcopus fuit  
S. Sixtus

Locrius  
in Chron  
Belg.  
1095. &  
364.

S. Sixtus, à S. Petro circa annum Christi 46. illuc, & ad Suectionenses missus. Democh.  
in tab.

Communis inualuit opinio (& sequitur eam h̄ic Martyrologium Romanum) Gregorij Turonensis & Hinemari testificatione fundata, S. Remigium septuaginta annos & amplius in Episcopatu sedisse: ut qui creatus habetur Episcopus anno Christi 471. & peruerterit ad annum 545. Verum difficultatem facit quod in Actis Synodi Aruernensis, anno 541. sub Honorato Archiepiscopo Bituricensi celebratæ, reperiatur Flauius Rhemensis Episcopus IX. loco subscriptissile, qui Romano S. Remigij immediato successori subrogatus fuit. ex quo errore deceptos esse pater, qui S. Remigij obitum referunt ad annum 545. Certè pat erat Antistitis celeberrimi, Francorum Apostoli, ex hac vira ad Deum transiit, certis signasse die & anno. Quidquid tamen sit, certum est eum longissimo tempore, & quinquaginta annorum spatum longè excedente, sedisse: utpote qui anno ætatis 22. ob singularem & incredibilem animi eius virtutem & expectationem, idque more Apostolico præcedentibus prophetijs ordinatus est Episcopus. Dicitus ob ætatis prolixitatē, Jubilæus. Ex quo discimus, non nuperum esse, ut Iubilarios honorare, qui laudabiliter 50. annos in sacerdotio, aut, quod rarissimum est, in Episcopatu exegerunt.

Vocatur eius festus dies in Concilio Pistenſi c. 3. Missa S. Remigij, more Francorum, nomine Missæ, pro festinitate, accepto. Sicut & in Capitularibus Regum Franciæ l. 2. c. 18. Missa S. Martini. qui modus loquendi, etiam nobis Belgis in vsu est: Sinte Martens Misſe. Sint Ians Misſe. Bamis, siue, Bauens Misſe, de quo versus extat:

*Anteperit mundus, veniat quām Bauo secundus.*  
item, Kerck-Misſe, hoc est, festum Ecclesiæ dedicatæ. Kersmisſe, id est, Misſa Christi nati, &c. Ac probabiliter mutuati id sumus, & nobis adhæsit, à Francis, quibus magna pars Belgij olim subfuit. Aut ipsi à nobis.

Sexto-